



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

De Conso||latione Ivsto-|||rvm

Hillesheim, Ludwig

Coloniae, 1572

VD16 H 3678

Magnam & singularem humanæ mentis dejectionem & consternationem,
& infinita malorum vitæ ratione esse. Capvt I.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-60369](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-60369)

DE CONSOLATIONE
iustorum , liber primus.

Magnam & singularem huma-
næ mentis deiectionem & conser-
nationem ex infinita malorum vi-
tæ ratione esse.

CAPVT I.

CVM in hoc vitæ decursu
inter varias ærumnas &
assidua generis humani
mala, omnia nobis sollici-
tudinem adferant ac me-
tum, iacet animus luctu confectus, nec cra-
tionem inuenire potest, qua aut illam ex-
cutiat nubem perpetui mœroris, aut se ad
uersus vrgentium malorum vim, grauita-
temq; sustentet. Quacunque enim men-
tem oculosq; conuertimus, agritudinum
imagines occurront, vt calamitatum ceu-
nocte circumfusis, lucis ac leticie redeun-
tis serenitas ablata esse videatur. Itaque
animus

animus est oppressus, & quasi ab statione
decessit, ut officio defit ac muneri suo, nec
attollere omnibus naturae adiumentis se
queat, aut remedia querere possit, qui-
bus obstat facibus dolorum, quae ei con-
tinenter admouentur. Quæ non enim hu-
mana conditionis deiectio est? concuti
omnium generum malis: animum mœ-
rore, corpus doloribus vexari, in rerū gra-
uiissimarum timore versari, nūquam in-
terquiescere, semper præsentium timore
imminentium metu torqueri, hæc ceu si-
ne lege, sine ratione paxim euenire, nec vl-
lum ad ea evitanda, aut consilijs, aut for-
tunæ, aut virtutis adiumentum esse. Iam
adhac ipsa mala, quæ per se & magnitu-
dine immensa, & multitudine infinita
sunt, interitum corporis ineuitabili, sed
semper incerto ordine accedere, & omni-
bus instare, quem leues sapè cause inopi-
natum adferant, sic vt ista malorum ca-
thena, ad exitum atque vitæ finem pertin-
gat. Quis autem omnia aspera, noxia,
inimi-

inimica quæ naturæ? quis animorum & corporum vulnera, & occurrentes omni penè momento agritudines? quis vtriusque incommoda, quæ & metuuntur semper & semper imminent? quis ea quæ non singulorum tantum, verùmetiam publica sunt, bellorum, famis, pestis, terramoto, eluisionum, incendiorum excidia atq; dāna, quæ magno Dei iudicio, populos ac regna vno sèpè impetu, vna strage inuoluunt & euertunt, enumeret? plena est ijs vniuersa hominum vita, & multum omnibus ad dolorem, minimum ad consolationem ex eorum consideratione relictum. Atque hoc fatum omnium nationum est ac gentium, prorogata ad vniuersas atates serie continentium malorum, vt omnis auferatur homini gloriatio, & ipse secum ceu monumentum iniquitatis sua, perpetuum circumferat.

Nullum esse ex delitijs solatiū vitæ, nec ijs, quæ in bonis ponuntur